



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

Capvt VII. Exhortatio ad humiliationem & compunctionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

3. Sic exteriora pro loco & tempore da congruenter perficer, vt nullum interioribus meis sint detrimentum. Sed omnis labor & actio pro te assumpta, ad liberiū postmodum vacandū, iuuamen mihi præstent & ducatum. Omne etiam quod ago exteriorius, aut quicquid interius intelligere possum, da mihi simpli- citer & pure, pro maiore nominis tui honore, & beneplacentio- ris voluntatis tuae amore perficere: meque ipsum tibi in omni re desiderabili aut naturæ contraria promptè resignare. Patien- ter quoque præsentis vitæ sarcinam, quoadusque iussiferis, & meæ vocationis terminus venerit, perferrere; corpus quoque & a- nimam tibi creatori meo fideliter commendare. Memento mei Deus in hora extremæ necessitatis, & fac misericorditer cū ser- uo tuo: qui non in meritis meis, sed in tua miseratione & pietate confido.

CAPVT VII.

Exhortatio ad humiliationem & compunctionem.

Inclinate (anima mea) humiliter & sponte sub Deo, in- curua te profondè sub omni creatura propter Deum. Fac te minimum in corde tuo, nec te dignum æstimes communī hac luce frui; quia Deum & sanctos peccatis tuis offendisti, nec de- bitam reverentiam eis exhibuisti. Citò ergo ad lachrymas re- curre, & cum magna cordis contritione veniam deprecare; ut ti- bi misericorditer Deus indulgeat, quicquid contra eius benig- nitatem deliquisti. Antequā dies extrema & mortis horror veniat, lachrymis & precibus studeas faciem pij conditoris recōciliare, & tuam vitam deinceps ex toto in melius mutare proponat.

CAPVT VIII.

Oratio pro lachrymosa contritione peccatorum obtinenda.

OMisericordissime Deus, cuius natura bonitas, & opus mi- sericordia est: da mihi secundum multitudinem misericor- diarum tuarum, perfectam peccatorum meorum habere contritionem: vt dolore cordis mei intrinsecè compunetus, amarissi- mè flere valeam: & scelera mea atque delicta vniuersa digna ca- stigatione extorquere, eaque sacro pœnitentiæ lauacio abluere possim & purgare. Quatenus remissionem omnium peccatorum meorum te propitiante merear percipere, atque in tua miseratio- ne respirare.

2. Da mihi zelo iustitiae aduersum me armari, & tanquam contra pessimum peccatorem & iniquum latronem commoueri

&